

- montibus, equis atq; curribus flagrabant & coruscabant, quos  
licet nec eminè conspicerent Syriaci exercitùs equites, com-  
minus tamen ad Prophetam accedere, eumq; lèdere nec au-  
debant neq; poterant. §. 25. Ad regium illum Prophetam atq;  
satrapam Persici regiminis *Danielem* si perventum fuerit, nec  
ibi angelorum sanctorum tutelam exspirasse eonspiciemus: so-  
cios ejus in mediis flammis etiam à fuligine & nidore immu-  
nes præstiterunt, ipsum in foveâ ab avidissimis esurientium le-  
26. onum rictibus indemnem exhibuerunt. §. 26. Neq; templi se-  
cundi summo Sacerdoti *Ioseph* defuerunt, neq; Petrum Aposto-  
lum in custodiâ Herodianâ destituerunt, immò nec *Christum* in  
27. monte Oliveti agonizantem deseruerunt. §. 27. Sed & in ultio-  
nem, viadictam atq; pœnam improborum hostium Ecclesiaz  
atq; tyrannorū (namq; & sic piorum cœtus amplificatur) emit-  
tuntur. Ita *Sanberibem* malo mactârunt infortuniò, ut vix ma-  
nipulatim rediret, qui catervatim atq; turmatim fuerat egres-  
sus, qui que in hostico stragem immensam editurus fuerat, à  
manu filiorum bos ingens in pacato & sancto cædebatur.  
28. §. 28. Par Angeli manus fuit, quæ superbissimo *Herodi Agrippæ*  
ultimo inflxit colaphum, qui usq; ad vitalia viscera enecan-  
da cum milenorū pediculorum exercitu penetrabat: ut in  
utrumq; quisquis intuens pius esset atq; disceret Mñ *Geopatarchen*.  
29. §. 29. Idem illud sancti illi heroës hodieq; præstant, & ad finem  
usq; sæculi eruns præstituri: adeò pleni horum factorum fieri  
possunt omnes libri, plenæ erunt in æternâ vitâ omnium pio-  
rum voces, plenissima exemplorum contemporancorumater-  
30. nitas. §. 30. Ex hisce verò omnibus angelorum sanctorum  
ministeriis consequitur, minimè eos esse adorandos, quod cùm  
sit maximè clarum atq; è scripturis sacris perspicuum, miran-  
dum sanè est ejusmodi homines adhuc inveniri, qui eos aut ipsi  
gl. adorent aut aliis adorandos proponant. §. 31. Legimus enim  
non